

anno regni n(ost)r(i) felicissimi octauo p(er) indictione quinta<sup>1</sup> feliciter. |

## (II.)

Flavius Aduuald uir<sup>2</sup> excellentissimus rex monasterio beatissimoru(m) apostoloru(m) petri et pauli sito in ebobio et u(iro) u(enerabili) beato atalane abb(ati) et om(n)ibus monachis eius, dum deuotionis causa pro no(st)ris | facinoribus dep(re)candu(m) beatorum ap(osto)lorum aula(m) uenissimus, ubi b(onae) m(emoriae) pater n(oste)r columbanus corpore quiescit, petiit nob(is) tua ueneratio om(n)isq(ue) simul seruoru(m) d(e)i alma illa congregatio et | prę manibus ostendistis nobis p(rae)ceptu(m) domni et genitoris n(ost)ri agilulfi regis. continebaturq(ue) in eo, quod genitor n(oste)r locu(m) istum beato columbano tradiderat ad inhabitandu(m) et possedendu(m) sibi et qui | post ipsum p(er)petuo d(e)o inibi deseruiuerint p(er) tempore. q(uo)d et nos simili modo ut faceremus u(est)ra om(n)ium s(an)c(t)a postolauit paternitas. Nos itaq(ue) ęterna(m) expectantes remuneratione(m) decreuimus confirmare p(rae)sentia, ut mereamus<sup>3</sup> ęterna et sine fine mansura, et ideo u(est)ram omniu(m) audientes petitionem confirmamus atq(ue) cedimus uob(is) ad nomen beatoru(m) ap(osto)loru(m) petri et | pauli basilica sita in ebobio in d(e)i nomine licentia inhabitandi et possedendi<sup>4</sup>. decernimus itaq(ue) fines ab om(n)i parte basilice ipsius miliaria quattuor sicut domnus genitor n(oste)r p(er) suu(m) praeceptu(m) | beato columbano instituit habere pręter tantu(m) medietate(m) putei q(uo)d idem genitor n(oste)r sun[drarit]<sup>5</sup> u(iro) m(agnifico) concessit [ue]l<sup>5</sup> ligna ad sales coquendas q(uo)d et nos simili modo ipsi concedimus. nam | alia om(n)i)a ut superius fines ipsas designauimus basilice beatoru(m) ap(osto)loru(m) atq(ue) s(an)c(t)ę memorie beato columbano uel tuę uenerationi seu qui ibide(m) p(er)petuo d(e)o deseruiuerint p(er) tempore | concedimus | atq(ue) firmamus possedendu(m). simili modo alpecella q(u)ę apellatur pennice ubi domina et genitrix n(ost)ra theodelinda gloriosissima regina ob amore patris n(ost)ri columbani ascendit ad locu(m) istum pręuidendum. postolauitq(ue) a nobis, ut in u(est)ro s(an)c(t)o monasterio ipsa(m) concederemus alpecella(m), q(uo)d et nos ipsius rogatione(m) audientes libenti animo decreuimus dare datumq(ue) in perpetuum in uobis | et qui post uos ibi d(e)o militaturi fuerint uolumus p(er)manere. ideoq(ue) ęternam nos considerantes

1) 'quinta' von späterer Hand (s. XVI?) auf Rasur; das Ursprüngliche ist nicht mehr erkennbar. 2) So Cipolla. 3) 'mercamus' Cipolla. — Von späterer Hand in 'mereremur' corr. 4) Von späterer Hand in 'possidendi' corr. 5) Pergament abgewetzt.